UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum exemptione ab ordinaria iurisdictione

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

[69. ?]

urn:nbn:de:hbz:466:1-61886

Visual Library

phanis in carceres deductus ſit, non poteſt ipſe, in quem via Juris executio eſt facta,
de ſacrilegio aut violata immunitate Eccleſiaſtica conqueri, *l.quanquam ff.de aqua*
*pluvia arc.Menoch.de Adipiſc.poſſ.Rem.n.23. & 24* à quo non deflectit Matthias Ste-
phani Pomeraniæ ducis Conſiliarius, *li.de Juriſdictione Eccleſiaſtica, & Sæculari in im-*
*perio exercenda li.3.p.1.c.14.n.94.* à Catholica alioquin noſtra Religione alienus, cen-
lens hanc aſyli conceſſionem ab Epiſcopo, hoc eſt quaſi Epiſcopalia jura habente,
eſſe impetrandam, & conſequenter quæ natura eſt contrariorum, ab eodem revo-
candam. *l.nihil tam naturali ff.de Reg.Jur.* Ex quibus conſequens eſt, objectiones per
debitorem allatas peccare in amphibologiam, nec poſſe concernere loca exempta,
quæ prophano alicui Prælato (qualis eſt Præpoſitus primus ab Epiſcopo Leodienſ.)
ſubjecta ſunt, à ſacris enim locis ad prophana argumentatio tanquam à diverſis
duci non poteſt. *Præſes loco à ſeparatis.*

## QVÆSTIO LXIX.

*1. Eccleſiæ immunitati renunciari non poteſt.*
*2. Confugiens ad Eccleſias, blanditiis vel aliter extractus, & carceri mancipatus, reſtituendus eſt Eccleſiæ.*
*3. Etiamſi conſtaret de delicto per Confeſſionem confugientis.*
*4. Quod intellige, ut hic.*

NOn poſſe, in præjudicium Eccleſiæ tradit Dom. Garſia Maſtrillus *in Deciſ.Sici-*
*liæ dec.169.n.10.p.2.* Tiber.Decian. *reprobans Jo.Viſchum tract de Immun.Eccleſ* 1
*n.56.in Pract.Crim.li.6.c.26.n.12. Peck.de Jure ſiſtendi c.9.n.3.* Itaque ſi confugiens
ad Eccleſiam, blanditiis immunitatis promiſſæ, etiam cum Juramento, aut etiam mi-
nis exiverit, reſtituendus erit Eccleſiæ, quaſi deceptæ & vim paſſæ, *Garſia Maſtril.d.* 2
*dec.169.n.13.c. Conſtit.17.q.4.verſ. & ipſe Reus ductus timore ab Eccleſia diſceſſ. Remig.*
*tract de Immunit. Eccleſ.q.15. Gomeſ in 3.tom.delict.c.12.n.7. Covarr.var.res.li.1.c.20.*
*n.16. Clarus § fin q.55.n.6.* Etiamſi de delicto conſtaret per confeſſionem confugien- 3
tis ad Eccleſiam: ſatis enim eſt forma Conſtitutionis Reg.14. non fuiſſe ex amuſſim
obſervatam, ut Eccleſiæ ſpoliatæ reſtitutio concedatur. *c.conquerente cap.item cum*
*quis de reſt.ſpol.Remig.de immunit. Eccleſ.q.fin. Garſia d.dec.169.n.12.* Idque niſi cri- 4
men ſit à dicta conſtitutione Greg.14 exceptum: quia imputandum ei eſt, qui nimia
credulitate deceptus exivit, latiſſimè Remig. *d.tract. Fol.26.* id quod tamen alii non
concedunt, ſed indiſtinctè cenſent Eccleſiam eſſe reſtituendam. *Garſ.d.dec.169.n.15.*

## QVÆSTIO LXX.

Epiſcopus an habeat fundatam Juriſdictionem in Monaſterio ſuæ Diœceſis non obſtante allegato Privilegio Exemptionis fundato ſuper eo, quod Monaſterium non fuerit viſitatum.

*1. Identitas non præſumitur, niſi probetur.*
*2. Exemptione Capitis, non cenſentur exempta membra.*

 3. Exemp-